

I

2

FRANCISCI PHILELFI EPISTOLA RVM LIBER PRIMVS

Franciscus Philelfus Leonardo Iustiniano salutem plurimam dicit.

q

Vod nihil apud me duxerim antiqui⁹ beneuolētia tua: nihil sanctius tua fide: facile uel ex hoc potes existimare Leonarde iustiniane: quod & Constantinopolin nouā Romam mihi iucūdiffimā: & regē ipsum Ioannem palæologū de me q̄optime cer-

te meritū tua causa reliquerim. Non enim me mouit spes amplissima: quā tuis tam crebris: tamq; liberalissimis litteris mihi ostēdisti: ut tibi obsequerer: sed ipse tu: cui me carissimum esse iam pridem multumq; cognoram. Nec est quicq; quod malim: q̄ & haberi me: & esse gratissimū. Nam liberalitas opulenti est nonnunq;: at gratitudo iusti semper & boni uiri. Cum igitur ad sextum kalendas septembres soluissem ex urbe Constantinopoli: hoc die circiter meridie post annum septimum ac menses quinq; posteaq; hinc primū nauigaram in Thraciam: ad uos redij: ductus sane consilio tuo: cupiensq; & tibi & cæteris patricijs uiris referre eam quā debeo gratiam pro uirili mea. Nam pristina uestra illa erga me & pulcherrima beneficia neq; obliuisci unq; possim: nec minus digna censere: quibus sim obstrict⁹ perpetua obseruātia. Vtinā sauiens hæc atq; phorrenda pestilentia uis: qua urbē uideo acerbissime laborare: nō impediat cogitationes meas. Nō enim possum non metuere huiusmodi sagittas: quales ex lunone cognitas hoc est ex aere: uirum etiā fortissimū achillem permouisse sapientissimus poeta Homerus docet. Nam scimus huiusmodi uulneribus cœlesti ipetu cōcitatis remedia nulla satis certa afferri posse. Quo fit: ut quid me agere oporteat in tanta pernicie: non intelligam. Itaq; mihi gratissimū sis facturū: si per te certior factus fuero: quid mihi consilij capiendū censeas. Video enim uniuersam propemodum ciuitatē ab urbe eminus abesse præter unum te: qui mura ni inter uitrea ista uasa: quasi clypeo tectus uulcani ictus

a ij

Epistola prima